



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690


§. VIII. An Ecclesia dispensare possit, ut Infideles conversi ad fidem contrahere possint matrimonium cum relicta uxore fratris sui defuncti?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

mum fiat Sacramentum, per baptismum, ab illis susceptum, quamvis nullus novus expressus consensus in hoc Sacramentum interveniat.

Secundò habemus ex *cit. c. Gaudemus*. quòd infideles ad fidem conversi, si plures priùs in sua infidelitate habuerint uxores, primæ adhærere debeant, dimissis aliis, quia nulli unquam licuit plures simul habere uxores, nisi, cui divinâ revelatione hoc fuit concessum, prout in antiqua lege concessum legitimus Patriarchis.

Tertiò habemus ex *eodem c. Gaudemus*. quòd Paganus, si repudiatâ suâ uxore, ad fidem conversus aliam duxerit, cum tamen illa ad fidem etiam conversa maritum sequatur, repudiatam talem in infidelitate uxorem recipere debeat in matrimonij consortem, & ab illa, quam post repudiatam primam duxerat, recedere, etiamsi hæc repudiata cum alio jam contraxisset, cum enim hoc legis Evangelicæ tempore libellum repudij dare nulli ex lege Divina concessum sit, consequenter nulla fuit repudiatio illa, sed vinculum legitime contracti matrimonij indissolutum permanebat, ergo si ad fidem utraque pars convertatur, ad se invicem, ut veri conjuges redire debent, non obstante, quòd in infidelitate alia matrimonia contraxerint, quæ ob vinculum prioris matrimonij nondum dissolutum, nulla fuerunt.



S. VIII.

An Ecclesia dispensare possit, infideles conversi ad fidem conversi possint matrimonium cum relicta uxore fratris sui defuncti?

Prohibetur quidem à Posidonio *c. Deus qui 9. b. 2.* ut ne talesinceps, postquam fidem Christianam susceperunt, sibi matrimonialiter copulentur; quòd tamen in infidelitate huc positi talia matrimonia cum relicta fratrum suorum uxoribus contraxerunt, non prohibet illos manere in suo conjugio, & hoc uti, si tamen fratres illi sine prole ex tali conjugio decedissent, quòd iuxta legem Mosaicam uniusque testamenti Judæis licebat, ad hoc etiam attendente Ecclesiâ.

S. IX.

Quæ sit pena mulieris infidelis vitæ mariti sui, si inde homicidium sit secutum.

Ex dictis, & *exc. figura 1. b. 2.* patet, quòd molet talis mulier in pœnam commissi viricidii, contra matrimonij contrahendi post mortem sui mariti, ita ut non tantum viricidium, sed etiam viricidium impediens, de antiquo non sit, hodierna tamen consuetudo non observat hoc impedimentum impediens, modò non interveniat impedimentum criminis dirimens matrimonium cum illo, qui in necem innocentis mariti cum conjugè machinatus est.